

tentiâ , ne quidem ponatur ipsa substantia  
materialis, multò minus esse ejus individua-  
le. Idque ostendemus rudi exemplo v. gr.  
materiæ sive luti, ex quo extrui debet aliqua  
maceries. Posito, quod materia ista in pro-  
xima potentia constituta sit ad recipiendam  
debitam macerici quantitatem, ideò tamen  
non statim ponitur maceries in esse indivi-  
dualis, propterea, quod ipsa maceries nondum  
existit in rerum natura, sed adhuc extruenda  
est; quomodo autem id, quod actu nondum  
existit, habebit esse individuale? involvit e-  
nim apertam contradictionem: *habere indi-  
vidui essentiam, nondum tamen existere in re-  
rum naturâ.*

§. 16. Posterius Minoris membrum,  
quod sc. *destructa illa potentia proxima ad  
certam quantitatem recipiendam, non statim  
etiam destruetur esse individuale substantia  
materialis*, probant nonnulli ex eò, quia sub-  
stantia materialis hoc ipso esse suum sortitur,  
dum potentia illa destruitur: imò naturali-  
ter